



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Amplissimo Viro Ac R. Domino, D. Petro Bessæo. S. Theologiæ Doctori.
Regi Christianissimo A Concionibus. &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)



AMPLISSIMO VIRO

AC R. DOMINO,

D. PETRO BESSÆO.

S. THEOLOGIAE DOCTORI,

REGI CHRISTIANISSIMO

A CONCIONIBVS, &c.

Conceptus tui Theologici, doctrinâ non minus, quam spiritu
diuino pleni, Vir Reuerende, quos in Sanctorum plurimo-
rum, atque adeo Sancti Sanctorum Redemptoris Iesu, e-
iusque Matris sanctissima festiuitatibus, ore olim ad po-
pulum pronuntiatos, publici iuris patriâ esse linguâ volui-
sti; illi illi, Latinâ iam veste donati, vltro ad te redire ge-
stiunt, & se tibi vt offeram, iure à me suo quodammodo videntur exposce-
re. Ad quem enim adeat potius, quàm ad patrem sua proles, quàm ad
fontem aqua, quàm ad opificem opus, quàm ad nutricem alumnus, quàm
ad concipientem Conceptus, quàm denique ad Theologum eruditissimum
Theologica inuentus? Sanè, vt liberè quod sentio exponam, nõ exiguam no-
mini tuo amplissimo facturum iniuriâ videbar, si absolutum hunc Concio-
num de Sanctis totum ad te non destinarem, qui ipsum adornasti, conce-
pisti, & multo labore, studio, lucubratione, industriâ ad eam, quam præ-
fert, elegantiam prouexisti: quem, vt & alios, si quis omnigena doctrinâ
promptuarium, morum gymnasium, ac vitæ disciplinam, hæreticorum
malleum, Ecclesia etiam armamentarium dixerit, na ille rectè mihi
sentire videbitur. Vt enim, quæ suis oportune sciteque locis adducuntur,
historias, gnomas ac similitudines è Gentilium tum Græcorum, tum La-
tinorum scriptis prætermittam; sanè sacris è voluminibus & antiquis

* 2

Patri-